

eternā. Quā putas hi penitentiā agunt in extremis: quā
 do non voluntate sed necessitate vrgentur: Qui om̄e tem
 pus vite sue in luxuria consumpserūt: in extremis vite sue
 articulis verā penitentiā raro cōsequūtur. Nam etsi talū
 sera penitencia (deō miserante) aliquādo vera sit: nō ta
 men sine grauissimis purgatorij tormentis. ad regnū ce
 loꝝ poterunt puenire. Deniq; si reuelationibus credendū
 est: maxima apud inferos clericorū multitudo. inestima
 biles ppter viciū incōtinentie penas in eternū duraturas
 patitur. Vides quorsum incauta mulierum familiaritas
 clericū ptrahat: quē eternis cruciatibus inferni damnat:
 Principijs itaq; temptationū obsistendū est: q; luxuria
 nunq; melius vincitur: q; si p fugam declinetur. Nam si
 p consuetudinē te semel inuoluerit: nunq; sine speciali gra
 tia dei. liberū dimittit. Si nostris verbis adhibere fidem
 dubitas: exempla senioꝝ legas. Sed non est opus in lu
 bris exempla querere: cū possis ad oculū documēta inue
 nire. Ecce multos hodie senes sacerdotes nouimus: quo
 rum esse vitā incontinentē scimus. Videmus in eis etatē
 senescere: et iuuentutis vicia minime cessare. Cūq; ad vlti
 mā senectutem veniūt: mores prauos non dimittūt: sed
 quales ab inicio semp fuerūt: tales quoq; ad mortē va
 dunt. Cernerēs inter eos sacerdotes iā decrepitos. adeo
 luxurie venenum imbibisse: ut cum pre senectute amplius
 opere lasciuire nequeant: cogitacōne. verbo. ac nutibus
 ad consueta inardescant. De qualibus per pphetam dñs
 dicit. Si ethiops potest mutare pellem suam. et pardus
 varietatē suā: et vos poteritis benefacere: cū didiceritis
 male. Cessare autē in senibus feminarū potest concubi
 tus: sed manet ut olim desiderū actionis. Qualē te igitur
 senem esse debueras: talis nūc quoq; iuuenis viuas. Diffi
 cile nāq; est senem mores suos corrigere: et in veteri mens
 te noua cogitare. Enimvero senectus mores habet. non
 accipit. Qui cum femina iuuenis lasciuat: senex insanit.
 Bonum itaq; est homini cum portauerit iugum domini
 ab adoleſcentia sua: quoniam si malus in iuuentute quis